

TROGMANNVS TAVRIS CORVM DVX.



Trognannus magna fortitudine & prudenter insignis fuit. Hunc Taurisci & Galli cum finitimiis Germanis sibi ducem elegerunt, atque multitudine hominum suarum ditionis commotis, eius auspicio nouam terram occupare statuerunt. Itaque omnibus rebus instructi, alpesque transgressi, in Italiam profecti sunt. Ne autem illi Romanorum arma in se concitarent, ad leuam deflexerunt, atque per Aquilegiam ad Noricos peruererunt. Ibi omnia longe lateque populantes Naupotum primo, deinde Carinthiam atque Stiriam occuparunt. Quam etiam regionem postea longo tempore retinuerunt, atque contra uarias gentium incursiones fortiter defendenterunt. Factum est id circa annum mundi termillesimum sexcentesimum, atque a condita urbe Roma trecentesimo nonagesimo. Ioan. Stumpff. lib. 3. Gall.